Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9191
Copyright: Melk, Benediktinerstift



Magnus dñs & laudabilis nimis
in ciuitate dei nostri in monte
sc̃o eius. Fundatur exultaci
one uniuerse terre: montis syon latere a
quilonis: ciuitas regis magni. Deus in
domibus eius cognoscetur: cum suscipiet
eam. Quoniã ecce reges congregati sũt
conuenerunt in unum. Ipsi uidentes
sic admirati sunt conturbati sunt commoti
sunt: tremor app̃hendit eos. Ibi dolores
ut parturientis: in spiritu uehementi con
teres naues tharsis. Sicut audiuimus
sic uidimus in ciuitate dñi uirtutum: in
ciuitate dei nostri dñs fundauit eã in eter
num. Suscepimus deus misericordiam
tuam: in medio templi tui. Secundum
nomen tuum dñs sic et laus tua in fines
terre: iustitia plena est dextera tua. Le
tetur mons syon & exultent filie iude: